venire contra factum suum propter angustiam temporis ad deliberandum. prout nonnunquam legibus approbatur. Facit quoque ad idem quod licitum est alicui venire contra illud quod promisit feruore passionis prout decretorum in volumine reperitur. Ad vota igitur illa non teneris que fecisti cum non eras compos tui ratione grauis infirmitatis vel turbationis aut gaudij excellentis. Nec enim in tali gradu possunt esse quo ratio hominis est ligata ut ad deliberandum non sit potes. Nempe sic dicit boetiana consolatrix. Nubibus atris occulta nullum fudere possunt sidera lumen. Tu quoque si vis lumie claro ceruere verum. tramite recto carpe callem. gaudia pelle. pelle timorem. spemque fugato. Nec dolor assit. Nubila mens est vincataque frenis. hec ubi regnat. **S**ecundum quod in votis conscientiam tuam alleviare poterit est quidem hoc. quod si non sint rationabilia. non teneris ad ea. Nimirum ex hoc venit quod secundum thomam aquinensem vota stulta ut de non peccando caput in sabbato et similia potius sunt deridenda quam seruanda. et magnus ille barbarus Albertus ad hoc addit quod si etiam pro honore fiant sanctorum seruanda non sunt quia cum ydolatria similitudinem quandam habent. Venit quoque et aliud ex promissis quod secundum thomam antedictum. Si carnis maceratio ex voto sit promissa implenda est rationabiliter. ita ut natura non grauetur. Sed quia in his que ad seipsum pertinet de facili homo fallitur. ideo talia vota congruentius secundum arbitrium superioris sunt seruanda vel premitenda. ita tamen quod si magnam grauam immineret et non esset facultas ad superiores recurrendi non debet homo votum obseruare. **T**ercium est quod in votis tuam alleviare poterit conscientiam quod secundum prefatum aquinensem. Quidquid votum fiendum impediret si prius esset etiam voto facto obligationem aufert. Unde si aliquid possibile cum vouetur postea fiat impossibile tollitur obligatio. ut si quis diues vouerit edificare ecclesiam quam postea paupertate superveniente perficere non posset non obligatur. Hoc tamen intelligendo quod si factus est omnino impotens absolutus est a toto. Si autem ex parte ita quod totum perficere non potest tunc remanet solum obligatus ad id quod potest. et non ad aliud. Nec solum doctor antedictum. **D**enique quartum quod conscientiam alleviat eius qui ex solo proposito se reputat quasi ex voto obligatum est hoc quidem. quod cum dicat aquinensis ad votum tria necessaria requiruntur. Primo quidem deliberatio. Secundo propositum. Tercio promissio in quo perficitur ratio voti. Ex hoc inferitur quod solum propositum non habet obligare.

V. CONSIDERATIO.

**Q**uinta puella ad conscientiam attendens circa promissa sic ait. O karissime si erronea conscientia circa promissa presertim iuramento firmata te detristat. hoc te poterit consolari. quod videlicet plura sunt promissa homini que non obligant. Nempe si quis iurauerit aliquid quod peccatum est se facturum etiam si sit tamen veniale ad promissum hoc implendum

minime obligatur. **A**udi verbū p̄sidozi p̄ius inductum et in venerabili decretoꝝ volumie recitatum. **I**n malis p̄missis rescinde fidem etc. **H**inc etem venerabilis quidā doctor ait. **I**usticia exigit ut id qd̄ iuratur sit licitū et honestū. s. q̄ in se nō sit mortale v̄l veniale peccatum. quando etiā iuratur aliquid indifferens quod ex circumstantia posset esse veniale vel mortale nō debet seruari. nec est obligatorium iuramentū illo casu vel circumstantia existente. **V**nde si quis iurauerit q̄ nunq̄ erit negociator. aut etiā miles. aut q̄ nō tenebit feudū ab isto d̄no. aut q̄ nō seruiet isti vel illi. aut accipiet donum vel mutuū. non tenetur illud seruare si aliter non possit viuere nisi contra illud faciat. quia iam res venit ad illum casum de quo si cogitasset ab initio et iurasset de illo illicitū esset iuramentum. et generaliter vbicunq̄ aliquid iuratur faciendum vel vitandum quod facere vel vitare esse mortale peccatum vel etiā veniale circūscripto iuramento. non est seruandū h̄mōi iuramentū. sed p̄t venire contra auctoritate p̄pria. **Q**uare de his secundū thomam aquinensem plenius potest dici videlicet q̄ quicūq̄ iurat aliquid se facturum obligatur ad illud faciendū nisi vergat in deteriozem exitum. **V**ergit autem in deteriozem exitum dupliciter. **V**no modo quia ab ip̄o p̄ncipio habet peiozem exitum. vel quia est secundū se malum. sicut cum aliquis se iurat adulterium pactarum. in quo casu peccat iurando et peccat iuramentum implendo. siue quia est maioris boni impeditiū. puta cum aliquis iurat se non intraturū religionem vel q̄ non fiat clericus. aut q̄ non accipiet p̄lationem in casu in quo expedit eū accipere. et in hoc casu peccat quidē iurando in quantum ponit obicem spiritui sancto. qui est boni p̄positi inspirator. tamen si est melius bonū aliquod ad quod nō tenetur non peccat iuramentū seruando. sed multo melius facit si non seruet. **A**lio modo vergit in deteriozem exitum p̄pter aliquid quod de nouo emergit. quod fuit imp̄meditatum. sicut patet in iuramento herodis qui iurauit puelle saltanti se daturum quod petisset. hoc enim iuramentum poterat esse a p̄ncipio licitum intellecta conditione. s. si peteret quod dare deceret. sed impletio iuramenti fuit illicita. **H**ec aquinensis. **C**uius dictis concordat doctor p̄m̄moratus. **C**um inquit due sint partes iniusticie. s. facere malum. et declinare a bono. sicut iuramentū non obligat ad faciendū malum. ita non videtur q̄ obliget ad declinandū a bono. cum nulla sit utilitas talis iuramenti. quod dico p̄pter obedientiam. p̄pter quam et si non sit faciendum malum. est tamen dimittendum bonum cuius dimissio d̄pensatur cum bono humilitatis que seruatur in obedientia. **P**reterea cum dominus consulit opa perfectionis contrarius quodāmodo sibi esset si oporteret q̄ occasione iuramenti abstineretur a talibus. **C**redo ergo sine p̄iudicio q̄ iuramentum vergit in peiozē exitum sex modis. **D**eimo cum iuratur aliquid

120

quod est mortale in se. **S**ecundo cū iuratur quod est veniale in se. **T**ercio cum iuratur aliquod indifferēs quod ex circūstantia effici-  
tur veniale vel mortale. **Q**uarto cum iuramentū excludit opus pi-  
etatis ex caritate faciendū. ut cū iurat aliquis q̄ nichil dabit isti  
ex caritate. **Q**uinto cum excludit opus de genere bonozū. ut cum  
quis iurat q̄ nunq̄ erit ep̄s monachus vel canonicus. vel q̄ nō ce-  
lebrabit vsq̄ ad mensem. vel q̄ non ieiunabit pro deo. vel pro pec-  
catis suis in pane et aqua nisi p̄cipiatur ei. vel q̄ non dicet psalte-  
rium vel septem psalmos. vel q̄ nō iuuabit iustum in licitis et ho-  
nellis vsq̄ ad certū tempus. **S**exto cum excludit opus indifferēs  
pia intentione pro deo aut p̄ primo faciendū. ut si quis iurat q̄ nō  
pia intentione pro deo aut pro primo faciendū. ut si quis iurat q̄  
nō loquatur martino. vel nō intrabit domū eius. vel nō coquet ad  
furnū eius. vel nō molet ad eius molēdinum. v̄ talia nō faciet ei  
vel q̄ non vendat ei rem pro minori p̄cio q̄m tali. vel q̄ non come-  
det cum eo ad eandē mensam. **S**i aliquis iuret hm̄i indifferēs cre-  
do q̄ p̄pter hm̄i iuramentū nō debet declinare a talibus. si ea ve-  
lit facere pia intentione et p̄pter deū et salutē aīe sue. et p̄pter tol-  
lendū scandalū pximi cōtra q̄ sic iurauit. **I**n p̄mis aut trib⁹ modis  
credo q̄ possit quilibet sic iurans auctoritate p̄pria venire cōtra. **S**z  
imponēda est ei penitētia de temerario iuramento. **I**n reliquis trib⁹  
qm̄uis hm̄i iuramenta non sint obligatoria nec imponēda sit pe-  
nitentia pro trāsgressione eoz tanq̄ pro mortali. nō expedit tamē  
p̄pria auctoritate venire cōtra. nisi p̄pter v̄gentē necessitatem. tum  
p̄pter reuerentiā sacramēti. tum p̄pter scandalū simpliciū. qui repu-  
tant se incurrere piurium et inde incurrunt in facilitatē labendi in  
piuriū et detractiōne. **V**n̄ petēda est absolutio a supioze qui hm̄i  
iuramenta debet facile relaxare. vel potius ostendere sic iurantes  
non fuisse obligatos. et imponere penitētiā de temerario iuramento  
**¶** Deniq̄ ad hōz pleniorē intellectū videndū est que cōditiones  
implicite intelligantur in iuramentis. **S**ciendū igitur secundū ve-  
nerabile dñm hosti. prout p̄ iura probat. q̄ in omi iuramento intel-  
liguntur iste cōditiones tacite ut faciam hoc si deo placuerit. **I**tem  
si pape placuerit. quia ei⁹ auctoritas videtur excepta. **I**tem si res in  
eodem stutu p̄manserit ut patet in eo qui gladiū sanus deposuit et  
illum furiosus repetit nō teneoz reddere etiam si iuravi. **I**cē si mihi  
fidē seruaueris. nō seruāti em̄ fidē nō est fides seruāda. **V**nde si nō  
facis quod p̄misisti non teneoz. **I**tem si iuro tibi pecuniā reddere  
ad certum tempus spe future numerationis subauditur si pecuniaz  
numeraueris. **I**cē si iuro tibi aliquid soluere ad certū temp⁹ vel ad  
certum diem subaudit⁹ ubi iudex contra p̄cipiat. nam ius supiozis  
sem̄ videtur exceptū. **I**tem si iuro tibi dare dotē subauditur si nu-  
ptie secute fuerint. **I**tem si iuro tibi tanq̄m regi vel ep̄o te deposito  
nō obligoz. **I**dem videtur si iuras mihi tanq̄ ep̄s soluere pecuniā

43

q̄ post depositionē non remaneat obligatus. quod credo verum si in utilitatem ecclesie pecunia versa fuerit. **I**tem si iuro stare māda- tis tuis pro offensa tibi vel tuis facta. subauditur nisi imoderatū quid p̄cipias iniustū illicitū impossibile vel inhonestum. quia tali- bus parendū non est. unde si p̄cipias tale quid q̄ iuraturus nō fu- issem si mandatū tale sciuissem non videoz obligatus. redigerz er- go hoc ad arbitriuz boni viri. **I**tem subelligitur si facultas se ob- tulerit alias nō imputabitur. excusat ergo hoiem necessitas vl im- possibilitas. **I**tem si iuras mihi reddere vinum vel bladū subaudi- tur eiusdem bonitatis. nō ergo vinū nouū pro veteri reddes. **I**tem iuro tibi dare filiā meā vl sorozē i vxozē. id ē bona fide laborabo ut eam habeas. nec em̄ ad aliud obligoz cum alienū factum p̄scise promittere non possim. **I**tem si alicui iuro solue re pecuniam vsqz ad certum diem. subauditur nisi per ip̄m fuerim absolutus. **I**tem si alicui iuro fidelitatē vel etiam q̄ ōtra ip̄m non sim. **A**d hoc obli- goz ne procurem ut vitam vel membzū perdat vel terram suā. **D**oz ro si me offendat vel primiozes meos defendere me potero vl tu- eri. quia primiozes videntur excepti esse. **I**tez cū generalitas ob- scuritatē pariat si aliquid generaliter iuro non videoz cogitasse de his sup̄ quibus specialiter iuraturz non fuisset. et sic interptan- dum est iuramentū s̄m intentionē iurantis. q̄n sine dolo iurat. secz autem est quando iurans adhibet. sed recipiens est sine dolo. **H**ec secundū hosti. **A**ddendus ē aut̄ et alius casus secundū venerabilē **R**aymundū. **S**i debitor iuravit creditori se solutuz aliquid in cer- to termino et impeditus non pōt solvere. siquidē quando iurabat ab initō credebat p̄babiliter se posse solvere non peierabat in hoc et si postea fecit posse suum et nō potuit psolvere in certo termino non est piurus ex hoc. sed multo magis excusatur si misit pecuniā tempe debitor et illa in via casualiter est amissa.

#### VI. CONSIDERATIO.

**S**exta puella tristem circa p̄cepta erroneum dephendens sic ad ip̄m ait. **O** amice si circa p̄cepta erronea cōsciētia te perturbat remedia que sequūtur tam ex me q̄ meis ex sorozibus capienda in toto vel in parte te poterunt consolari. **P**rimum quidē ē ex me ca- piendum q̄ si absolui vis a debito in eadem fac materia notabili- ter ultra debitum q̄ nimirum faciendo sperare poteris firmiter te a debito absolutū. **E**xemplū accipe. teneris ex p̄cepto diebz do- minicis et festiuis a seruilibus opibus abstinere. **S**ed quid. **C**erte si pluribus diebus in ebdomada aut etiam regulariter a seruilibz vacare opibus osueuisti p̄sertim vacādo deo et orationibus intē- dendo et casu te contingat in die festiuo quandā ob necessitatē ali- quid opari. dummodo hoc sine scandalo fiat notabili te p̄pter hoc

72

gruari in consci entia non oportet. quēadmodum et si quis alicui  
in quinque solidis teneretur et per modum muneris viginti. centum  
vel mille marcas liberaliter ei daret talis bene deberet supponere  
quod de quinque solidis alias soluendis quittatus esset. **S**ed forsitan  
in contrarium illud patris careuallis dictum allegabis. Ingratum est  
spiritui sancto quidquid feceris. eo neglecto quod facere teneris  
**S**ed ad hoc facile patet ratio. Nam hoc dictum dicti patris locus  
habet in monacho aliquid motu proprio faciente et aliud sibi a pre-  
lato iniunctum de cuius intentione certus est negligente. presertim il-  
lo quod motu facit proprio hoc iniunctum quod negligit recōpensare  
non valere. vel potest dici verum esse dictum patris clareuallis  
state obligatione et debito contra quam hypothese talia quies potest  
facere et tam magna quam de deo amico suo bene habet presumere. quod  
hoc pacto modicum illud debitum ad quod erat obligatus non requi-  
rat et quod esse cessauerit obligatus. Ad hoc nimirum suffragatur ex-  
emplum de quibusdam antiquis patribus de quibus habetur in flo-  
ribus cassiani in quodam hystoricali speculo recitatis. **V**bi quidem  
tali premissa rubrica quod ieiunia et alia homini pro loco et tempe seruā-  
da sunt et moderanda de quodam consequenter textualiter sic inferitur  
**I**gitur cum diebus quinquagesime nostram cellulam visitasset. huius pau-  
lulum confidentes cepimus percunctari. Cur apud eos tanta ob-  
seruantia caueretur ne quis totis diebus quinquagesime ieiunare  
presumeret. Ad hec ille. Oportet quidem nos consuetudinem maio-  
rum custodire etiam non percepta ratione. Veritatem quoniam cau-  
sam huius rei vultis agnoscere tempus est omni rei sub celo tempus  
plorandi et tempus ridendi etc. principali autem bono ita nullum  
oportet esse vacuum tempus ut sine eo cuius esse non liceat. Itaque si  
quis in fratris aduentu in quo christum debet humanitate reficere vel  
cum defecto et imbecillitas carnis reparatione virium esse perceptio-  
ne deposcit. vel cum tempus festiuitatis escarum congruum votum indulget  
ieiuniorum rigidam obseruantiam indisrupte voluerit retinere. neces-  
se est ut non tam religiosus quam inconditus atque irrationabilis habea-  
tur. non enim precepta virtutum in quibus utique bonum est princi-  
pale propter ieiunia sunt tenenda. sed potius ieiunia propter illa.  
**T**alem igitur diffinitionem super ieiunij qualitate iugiter retinētes  
id nobis congruum nouerimus. si in eo tempe ratio. si qualitas. si  
mensura seruetur. nec ita ut in ipso spei nostre terminum defigamus  
sed ut per ipsum ad puritatem cordis et apostolicam caritatem perue-  
nire possimus. nunquit autem aut possunt filij sponsi etc. **H**ec ver-  
ba proprie tempus ostendunt in quo post resurrectionem per quadra-  
ginta dies domino cum discipulis epulante ieiunare illos quoti-  
diane eius presentie gaudium non sinebat. **I**llas autem ieiuniorum vi-  
ctimas quas nobis violenta viscerum conuulsione inconsiderate  
extorquentes domino recte offerre nos credimus. **I**lle qui diligit

P

miseri cordiā et iudicium execratur dicens. **E**go dominus diligēs iudicium et odio habens rapinam in holocausto. **N**ec ille qui post ista ut in predicto speculo traditur premissa hac rubrica. **Q** perfectis non est lex posita quia cōmunia supgrediūtur p̄cepta subiungit dicens. **O**zro quadragesime lege qui iustus atq; p̄fectus est non tenetur exigui huius canonis subiectione contentus est. quē p̄fecto illis qui per totū anni spacium delicijs vel negocijs secularibus implicatur ecclesiarū p̄ncipes statuerūt. ut hac legali quoāmodo necessitate constricti his saltem dieb; domino vacare cogere nentur. ac dierum vite sue quos totos quasi fructus quosdam fuerāt voraturi vel decimas domino dedicarent. **C**eterū iusti quibus lex non est posita qui spiritualibus officijs nō exiguā illā id est decimam partem. sed totum vite sue tempus impendūt. quia liberi sunt a decimarū legalium functione. **I**dcirco si eos supueniens honesta et sancta necessitas coartauerit audēt stationē ieiunij absq; vlla disceptatione laxare. nō em̄ decimarū ab eis exiguitas mutuatur qui omnia sua domino secum pariter obtulerunt. **Q**uod p̄fecto absq; summo fraudis reatu facere ille nō poterit. qui nihil voluntarie offerens deo inexcusabiliter soluere decimas suas legis necessitate compellitur. **N**ec in dicto speculo ex florib; casiani qui collationes patrum compilauit. **N**ec his in contrariū tercius articulus constitutionis ad nostrum. extra de hereticis in clementinis inducatur. **I**lle nimirum articulus est primo omnino erroneus propter erronei articuli de impeccabilitate hominis implicationem. que quidem impeccabilitas nunq̄m in premissis implicatur. **S**ecundo vero est erroneus quia subiectionem obedientie circa p̄cepta ecclesie vniuersaliter excludit q̄nta spiritus libertas per premissa dicta nequaq; docetur. **N**am et illa rubrica q̄ perfectis non est lex posita. quia cōmunia supergrediuntur p̄cepta sane est intelligenda. que admodum et illud apostoli. **I**usto non est lex posita id est imposta tanq̄m onus. quia iustorum habitus interior inclināt eos ad hoc idem ad quod lex. et ideo non est eis onerosa secundum thomam aquinensem. **S**ecundum quem etiam secundo iustis non est lex posita id est pro iustis. sed iniustis que propter transgressionē est posita id est ad transgressionē cohibendas quasi dicat apostolus. si omnes essent iusti nulla necessitas esset dandi legem sc̄z coactiuam contra vitia. quia ipsi sibiipsis essent lex. **I**llud vero verbum quadragesime lege qui iustus atq; perfectus est non tenetur. sic est sane capiendum. quia non tenetur eam secundum litteram adeo rigide et onerosē obseruare quo minus ipsam secundum virtutem epikēie interpretari valeat. et iuxta rubricam que p̄mittitur pro loco et tempore. dummodo non est contra intentionem legislatoris seruare possit. et etiam moderare. per quod quidem non remouetur quin quantumcumq; iustus de legi cōmuni

12

seruare teneatur precepta ecclesie sane intellecta secundum intentionem ecclesie precipientis. ¶ Stant ergo premissa ex patrum collationibus accepta ad quorum approbationem multum confert quod de eisdem collationibus extracta quidquid sit de alijs cassiani distul per vincencium hystorographum una cum quampuluribus alijs flores noiantur cassiani tanquam appciani iocundius et fructuosius imitandi. quem admodum in decretis dicitur vincencij opus laboriosum non spernimus. sed imitamur. quia quantum ad eiusdem operis seu collationum eandem fructuosam imitationem dicitur hystorographus scribit in hec verba. Claruit vir illustris Iohannes heremita qui et cassianus gallicus presbiter ordinatus multa scripsit et certe ipsius opuscula multam edificationem continent animarum. nec inter multa antiquorum opuscula quicquam ad spirituales profectus atque profectiois apicem tendenti utilius arbitror me legisse. Nam et beatus pater noster dominicus ut in eius vita legitur librum illum qui collationes patrum inscribitur studiose legens ac vigilanter intelligens salutis in eo rimatus semitas magnum in eo profectiois apicem apprehendit. ¶ Expremissis igitur patet quod quis absolui potest pro tempe a suo debito. per hoc quidem quod in eodem genere notabiliter facit ultra debitum maxime in casu quo an illud paruum sit vel non sit debitum dubitatur.

#### VII. CONSIDERATIO.

**S**eptima puella adhuc circa precepta erronee dubitantem alijs volens remedijs consolari sic ait. Scias amice pro uno remedio quod in dubijs bonorum virosum vita alijs esse debet viuendi regula. Est igitur respiciendum ad facta bonorum virosum et discretorum et si plures tales vel ut in pluribus casu tali eis occurrente sic vel sic se habere inuenires aut estimatione tua iudicares. tunc et tu similiter agere non formides. Dices forte in contrarium tales viri et si bonam habeant conscientiam. non tamen scientiam circa illam materiam. vel econuerso habentes scientiam non habent conscientiam. vel si scire quod utrumque haberent. forte sic non facerent. Sed respondeo. quoniam non est omnino certum probabile. tamen est et modicum dubium quin simul scientiam habeant ac bonam conscientiam. et quin ita se haberent si casus tales eis occurrerent. tunc pro excusatione tua noueris esse satis si similiter feceris. Nempe in moralibus et circa humanos actus non est demonstratio requirenda. Siquis enim tam certam noticiam requireret non minus erraret. quam si in demonstratiuis scientijs de apologis aut argumentis thopicis siue de persuasionibus rethoricis contentus esset. Rursum pro alio erronee dubitationis remedio scias quod in his que solum sunt mala. quia prohibita multum excusat vel in toto vel in tanto consuetudo. imo in talibus ex vi rationabilis consuetudinis presertim si prescripta sit est contra ius scriptum

P.

multoties faciendum. Nam et gratiose dicit ille Gratianus q̄ consuetudo vrentium moribus confirmatur. Quāuis etiam supflua ornamenta gestare ad placendū multis sanctorū auctoritatib⁹ reprobetur. tamen hoc sine excluso ratione consuetudinis gestari possunt sine graui peccato. Nam cecilia deuotissima cilicio ad carnem erat induta. et desuper deauratis vestibus tegebatur. et Bartholome⁹ pallio albo per singulos angulos gemas habente purpureas utebatur. q̄ si ei peccatum hoc fuisset. quomodo tunc vestis sua vna cum sandalibus in viginti sex annis ut legitur vtiq; non sine miraculo a putrefactione et sordibus preseruata fuisset. ¶ Vis autem scire cur in talibus circūscripto saltem scādalo excusare valeat cōsuetudo. Profecto docet hoc auctoritas. docet et ratio. Ecce dicit auctoritas magni patris in decretorum volumine canonizata. Quisquis inquit rebus pretereuntib⁹ strictius vititur q̄ sese habet mores eorum cum quibus viuit. aut intempans. aut supsticiosus est. Sed et ratio specialiter quantū ad ornamenta est in p̄mptu. Nimis res que propter sui nouitatē. et per consequens raritatē ymaginationem excitant et prouocant ad libidinē. eo scz q̄ propter ammirari homines res hōmī magis considerant et de ip̄is profundius cogitant. Ille quidem res quando in consuetudinē veniunt cessant ymaginationez excitare et ad libidinem prouocare. eo q̄ tunc cessant esse quedam rara et ammiratione digna et considerari cogitatione profunda.

#### VIII. CONSIDERATIO.

**O**ctava puella p̄missis remedijs adicit alia et sic ait. Aliud remedium circa p̄cepta est epikeia que secundū illum aristotilem existens interpretatiua legis melior est q̄ iusticia legalis. Nec valet in contrariū si dicatur q̄ eius est legem interpretari cui⁹ est condere. Esto em̄ q̄ in foro causarū interpretatio nō sufficeret. nisi que fieret a principe v̄ a legislatore. bñ tamen sufficit virtus epikeie in foro conscientie. nō solum circa p̄cepta humana. sed etiam circa diuina p̄cepta. et tanto magis circa diuina. q̄nto deus ratio nabilior est magisq; benignus. q̄ quicumq; alius legislator. Sed quid. Profecto secundū hanc virtutem licet interpretari q̄ p̄cepta dei nō sunt ad tollendā omnē spūatē dulcedinē cum dominuz sermone euangelico dixisse constet. Iugum meū suauē est. Inter duram igitur et benignā circa p̄cepta sententiā pro benigna est positus ceteris paribus interpretatio facienda. Rursum secundum epikeiam interpretari licet p̄cepta conformiter illi sententię thome aquinensis qua dicit. Precepta iuris positivi non se extendunt ultra intentionem precipientis que est finis p̄cepti. Nec autē est caritas. nec non et illi sententię ipsius qua dicit null⁹ obligatur ad impossibile. et ideo si tot p̄cepta prelatus ingerat q̄ subditus ea implere non possit excusatur a peccato. et ideo prelati abstinere debent a multitudine p̄ceptorum. Nec ille aq̄nensis. Sane dictū impossibile

12

ad quod quis non obligatur secundū epikeie virtutem in lege pfe-  
cte libertatis interpretandū videtur non solum de absolute impossi-  
bili. sed de eo etiā prout dicti doctoris sonant verba q̄ vix est pos-  
sibile utpote nimia habens difficultatē aliter non appet quō pos-  
sit intelligi benedictum illud verbum xp̄i. Onus meum leue. Nam  
et ordinarius apparatus declarās illud impossibile de quo ad legis-  
peritos improperando xp̄s dixit. oneratis homines oneribus que  
portare non possunt sic ait. Iugum leue repellitis. nec mirū. quod  
em̄ multum vel nimis est difficile quomodo hoc dicitur leue. Cer-  
te non pprie nec etiam verificatur in hoīe deū citra perfectū gra-  
dum caritatis amante. q̄muis quantum ad gradū amoris potiores  
nōnulle auctoritates videantur contrarium sonare. Vnde et magis  
ex karoli imperatoris perfecta deuotione q̄ pro obligationis neces-  
sitate videt̄ illud dictū esse licz vix ferendū ab illa sancta sede im-  
ponatur iugum cum feramus et pia deuotione toleremus. Cui lre  
premittitur sic in rubro tolerandum est iugum quod a sancta sede  
imponitur. licet importabile videatur. ¶ Demum per virtutē ep̄-  
keie sic interpretis precepta q̄ nec deus nec iudex ecclesiastic⁹ te  
intendit medianibus suis preceptis ad hoc q̄ sis fatu⁹ obligare  
Vis hoc scire de deo. Argumentū accipe p̄ simile de votis ex diui-  
no p̄cepto deo reddendis. ad que tamen deo reddenda si sint stul-  
ta vt ex p̄missis patet. minime obligaris. Vis rursus scire propo-  
situm de preceptis seu de statutis ecclesie q̄ videlicet loco et tempe-  
non obligant quib⁹ eorum obseruantia foret ridiculosa. Hoc pro-  
fecto scire poteris diuersis ex canonibus per notata illius magni  
innocentij. qui dicitur lucerna iuris. Ratio autem potest nihilomi-  
nus assignari. Drecepta enim ecclesie dantur ex caritate. quod sal-  
tem supponendum est et etiam presumendū. Sed qd̄ ex caritate sta-  
tutū est non debet secundū patrem clareuallis militare contra ca-  
ritatē. Sed quid. Profecto precepta ecclesie militarent contra ca-  
ritatem si obligarent ad sui obseruantia in casibus quib⁹ ea obser-  
uando fatuum te viri boni et discreti reputarent et te etiam deri-  
dere possent.

#### IX. CONSIDERATIO.

**N**ona puella persone circa confessiones erronee existenti et ob  
hoc tristitiam patienti compatiendo sic ait. Noli amice nimi-  
um tritari. Sunt enim plura infirmitatis tue remedia quibus pote-  
ris consolari. Vnum quidem remediū est q̄ q̄muis peccata confite-  
da plures habeant deformes circūstantias de necessitate tamē nō  
sunt ille confitende que non mutant species peccatorum. Secundū  
est q̄ preceptū de confitendo peccata sua alteri p̄ncipalis est in-  
tentio vt propter verecundiam peccata in futuram caueantur. Si  
quid igitur circa confessionem vel modum confitendi nō ratione

73

verecundie. sed solum causa erronee conscientie vitade omittères  
presertim de consilio boni viri et discreti. non esset tibi peccatum.  
etiam si esset tale in cuius obmissione alius non erroneus graviter  
peccaret. verbi gratia quilibet ab aliquo tempe non confessus et vo-  
lens confiteri tenetur prius suam discutere conscientiam peccata  
sua recogitando secundam tamen plus et minus. minus quidem si  
honestam ducit vitam et frequentius confitetur. plus autem si ipse  
solet rarius confiteri. quoniam autem iste minus sufficienter consci-  
entiam suam discutendo. et per consequens imperfectus confitendo pec-  
caret. si tamen scrupulosus existens timet nimis per ipsam consci-  
entiam erroneam involui non arbitretur se peccare si planius confi-  
teatur. presertim secundum regulas et consilia bonorum ac discreto-  
rum viroꝝ et ob hoc absteineat a scrupulosa. scilicet ea que sunt scri-  
pta conscientie sue discussione. **N**imirum si homo scrupulosus debe-  
ret confiteri secundum ea omnia que de confessionibus sunt scripta  
bene indigeret quod confessorum haberet in bursa. nec ipsum releuaret  
verbum illud prolatum diuinitus sicut fertur. auctor mundi non  
iudicat mundum. secundum summam raymandi. **S**ed quod talis scrupu-  
losam sue conscientie discussionem valeat immo et debeat obmitte-  
re. hunc ipsius Gregorii sententia egregio alludit testimonio. **S**epe  
inquit dum nosmetipsos in conscientia plus iusto discutimus. de  
ipso discussionis studio indiscretius erramus et mentis nostre aci-  
es quo plus iusto cernere nititur obscuratur. quia et qui importu-  
ne solis radios aspicit tenebre scit et inde nihil penitus videre com-  
pellitur unde tenebatur. **I**ustorum autem corda quia ad perfe-  
ctum se examinare nequeunt. egre hoc exilium cecitatis ferunt. **V**n-  
de in job. **T**edet animam meam vite mee. tedet enim iustum viuere.  
quia in operando vitam non desinit querere. et tamen eiusdem  
vite meritum non valet inuenire. **S**ed est consolatio nostre cala-  
mitatis et nostre ignorate discussionis redacta ad animum iustum  
et incomprehensibilis potentia conditoris. que etiam sine retri-  
butione non deserit et discutientium se iustorum iusticiam incom-  
prehensibilitatis immensitate transcendit. **N**ec ille pater beatissi-  
mus. **Q**uid ergo. **P**rofecto quomodo aliqui nitantur se coram deo per  
modum suum confitendi iustificare. tamen nullus presumat quod pos-  
sit satisfacere diuine iusticie. **V**nde oportet nonnunquam presertim in  
casu scrupulositatis aliquid in humilitatis spiritu misericordie re-  
linquere. et in domino fiducialiter sperare.

#### X. CONSIDERATIO.

**D**ecima puella similiter sorori persone circa confessiones erronee  
comparans sic ait. **O** amice scrupulose video ex una parte non

12

confitendo totiens sicut alij diuersis ex causis times probabiliter  
scandalū generari. Altera autē ex parte volendo totiens integritate  
omnia de quibus habes consciētiam confiteri. ex modo tuo confite  
tendi scrupuloso siue ex scrupuloso studio integre confitendi tan dē  
vix aliquē habere vales confessorē. Quid ergo tibi ad hoc deducto  
restat faciendū. Profecto videtur q̄ q̄dā in te cause hōmō durauē  
runt ratione quāz tantam in confitendo et confessorē habēdo pa  
teris difficultatē secure a tua frequenti confessione dubium et ins  
tricatum modum confitendi et peccata saltem dubia in quibus mō  
et peccatis tua consistit scrupulositas confessorum accediatua pos  
teris amputare et maxime vbi talia et talis modus confitendi scrupu  
losos et erroneos etiam ipsos possent facere confessores. hęc sane  
amputatio secundum plus et minus pro diuersa additione tam con  
fitentium qm etiam confessorum et secunduz q̄ vnctio docuerit et  
bona fides patitur potest vt in pluribus salubriter fieri dummodo  
in confessione illa dicantur que plane dici possunt nihilq; p̄scise  
ratione verecundie taceatur. ¶ Porro si huius rei rationem confi  
derare desideres claro in exemplo. Ecce posito q̄ aliquis dño ali  
cui soluere aliqua teneretur et non sibi immediate sed tantamodō  
mediantibus ipius procuratoribus vel ministris. ille debitor non  
alio modo obligaretur ad soluendum nisi illo quo ministri cura  
rent ipsum debitum acceptare. vnde si de toto debito minuta ali  
qua recipere recusarent. Tunc quidē ex p̄pothēsi q̄ scilicet tantum  
eis mediantibus soluendum esset sequeretur q̄ debitor minuta illa  
soluere minime teneretur sed esset a soluendo quo ad illa simplici  
ter excusatus. Sic est autem in proposito homo peccator est deo  
obligatus ad soluendum quoddam debitum et non nisi ministris  
dei mediantibus quod debitum est integra confessio peccatorum.  
Vnde si cōmuniter ministri dei ab homine scrupuloso renuunt re  
cipere totum debitum soluat talis homo mediantibus ministris  
tantum de ipso debito quantum volunt recipere ab illo confiten  
te qui de residuo per humilem recognitionem et contritionem deo  
satis faciat et erit apud dominum excusatus. Mirum ista talis ho  
minis excusatio in premissis casu non integro confitentis videtur  
implicite tanqm pars in toto in cōmuni excusatione contineri qua  
quis a facienda confessione dicitur excusari quando habere non  
potest copiam confessoris vel oportunitatem confitendi. quomo  
do enim staret confessoris copia cum tanta sicut p̄mittitur con  
fessorum inopia vel qualis est illa confitendi oportunitas quan  
do ipse penitens ex scrupuloso modo suo et solito conatu integre  
confitendi. ad hoc est deductus q̄ non potest habere aliquem con  
fessorē p̄sertim p̄doneuz. vel nisi quandoq; cum maxima diffi  
cultate. que nimirum difficultas videtur in iure impossibilitate  
equipolterere. vt prius per sororem meam ex tunc declaratum

**S**ed et secundum leges illud dicimus posse quod comode vel sine incōmodo possumus. et nō posse secundum canonū glosatores. qđ non comode possumus. Sane hec doctrina scrupuloso tradita ita ei valere intelligatur. quāvis alteri forsitan nō valeret. sicut quādoq; cibus aliquis valet per accidens infirmis desperatis et eis conceditur qui nullo modo sanis vel etiam infirmis alijs nō ita male dispositis esset concedendus.

#### XI. CONSIDERATIO.

**U**ndecima puella sic ait. O amice casus possis esse quo propter notabile scandalum vitandum vel alias in casu necessitatis non posses confessionem obmittere. nec tamen habere posses aliquē confessorē quin scires eum esse vel sollicitatorem ad malum. vel fragilem et prōnum ad peccatum illud committendū quod haberes confiteri vel probabiliter eum estimares reuelatorem confessionis. vel scires quod peccatum confitendū contra ipsum commissum esset vel quod ex modo vel studio tuo integre confitendi timeres ipsam reddere erroneam vel quod personam aliam infamares grauitur apud eum. Quid ergo tibi restaret faciendū. Videtur omnino quod in casibus huiusmodi posses vel peccatum tacere vel peccati circūstantiam ex cuius confessione seu expressione probabiliter notabile periculum tibi vel alteri iminere timeres. nec in hoc transgredereis quodcūq; preceptum humanum vel diuinum. quod quidem patet. tum quia quantum ad hoc quod confitens personam aliam non infamet. dicit innocētius papa quintus. Si peccatum confitētis non potest sine alterius peccato notificari confessori. et per hoc iminet illi aliquod piculū tunc non est confitendū. sed sufficit peccatum dicere sine hōmō circumstantia. ut si aliquis peccasset cum filia sua dicat se incestū commisisse peccando cum cōsanguinea et taceat de filia. tum quia vniuersaliter loquens thomas aquinensis precepta inquit iuris positivi non se extendunt ultra intentionem precipientis que est finis precepti. Nec autem est caritas. sed malum potens euenire nequa comprehenditur in hōmō fine seu in intentione precipientis ecclesie. tum. quia secundū patrem clareuallis quod ex caritate institutum est non debet contra caritatē militare. Sed quid. Certe confessio que diuino precepto et ex caritate est instituta contra caritatē militaret si penitens teneretur integraliter confiteri quādo ex hoc notabiliter piculū nō solū sibi. sed etiā confessori iminere timeret. tū quia quando preceptum vnum videtur prima facie alteri contrarium. Cum tamen non sit vera contrarietas inter illa. tunc quidem vnum necessario est per alterū moderandum ut taliter intelligatur vnum qualiter promiserit reliquum. et propter hoc cum integra confessio omnium peccatorum in nōnullis premissis et alijs casibus esset contra preceptum diuinū de dilectione proximi. Idcirco preceptum

12  
de confessione facienda est secundū exigentiā p̄cepti de dilectio-  
ne pximi moderandū et pro diuersitate casuū sane intelligendum  
ac secundū virtutē epikeie sic interpretandū q̄ ex eius impletione  
proximo non imineat graue periculū. Deniq; lucerna iuris. Inno-  
centius papa quartus ad confirmationē fere oim̄ p̄missoz̄ conci-  
liale statutū confessionis p̄ceptiuum exponens et de necessitate pe-  
nitentem v̄gente vniuersaliter loquēs. In casu inquit necessitatis  
si non inueniat alium nisi illum quē ex causa recusat si iustā causā  
habet quare timet q̄ ex cōfessione sua posset piculum et graue pec-  
catum et scandalum puenire. tunc eligat sine confessione mori soli  
deo confiteatur. Vel dic melius q̄ confiteatur peccata in genere s;̄  
non circūstantiam de qua posset malum puenire. Ita em̄ ordinabi-  
liter ordinauit deus omnia opa sua q̄ nunqm̄ voluit aliquid mali  
ex eis p̄uenire. Hec ille innocentiū.

### XII. CONSIDERATIO.

**D**odecima puella tristem ex p̄plexitate hominem atq; errone-  
um attendens ei q; opatiēs sic ait. Noueris frater venerandū  
illum doctorem de pena fori Raymunduz loquor in sua sūma per  
quēdam egregiū glosatorem appata de p̄plexitate taliter distinxit  
se. Alia est inquit iuris. alia facti. Derplexitas iuris est cum ali-  
quis circa id quod sibi occurrit faciendū inuenit diuersas auctorita-  
tes sibiinuicem oppugnantes. Hec p̄plexitas per contrarioz̄ con-  
cordiam est soluenda. Nam in iure nulla est cōtrarietas. glosa ni-  
si obrogata. sed sup̄ficialis tantum. Derplexitas facti est cum dya-  
bolus suggestionē sua mala ut ait Gregorius. s. in moralibus ple-  
rosq; ita peccare facit quatenus si peccatum fortasse fugere appe-  
tant hoc sine aliquo peccati laqueo non euadant. Quid ergo faci-  
endum. Ecce canon quidam respondet. Duo inquit mala omnino  
sunt p̄cauenda tamē si periculi necessitas vnum ex his p̄petrare  
compulerit. id debem⁹ resolvere qd̄ minoz̄ nexu noscitur obligari  
q̄ autem leuius ex his quodue grauius sit pure rationis acumine  
inuestigemus. etem̄ cum peierare compellimur creatorem quidem  
offendimus. sed tantūmodo nos maculam⁹. cum vero noxia p̄o-  
missa complemus. et dei iussa contemnim⁹. et pximis impia cru-  
delitate nocem⁹. et nosip̄os crudeliori mortis iaculis trucidam⁹  
Illic enim. s. in iuramento duplici culpaꝝ telo p̄imimur hic. s. in  
homicidio tripliciter iugulamur. Hec canon ille. Sed et alter canō  
materiam extendens Non solum inquit in iurando. sed in omni qd̄  
agitur hec est moderatio sollicitius obseruanda si in talē forte la-  
psum versuti hostis inciderimus insidijs ex quo sine aliquo pecca-  
ti contagio surgere non possumus illum potius euitādi aditum pe-  
ramus quo minus periculi nos perpessuros esse cernimus. Hec ibi.

De hoc aut audi rursus **Gregoriū** contra pplexitatē facti et inuoluntionem dyaboli egregio consilio subuenientē. Ad destruendas inquit vehemoth versucias subtiliter fiat. ut cum mens inter minora et maxima peccata constringitur. si omnino nullus sine peccato adit⁹ patet. minora semp eligantur. quia et qui muroꝝ ambitu vndiqz ne fugiat claudit⁹ ibi se in fugam precipitat. vbi breuior murus ingeritur. Hinc paulus cum quosdā in ecclesia incōtinētes cōspiceret concessit minora vt maiora declinarēt dicens. ppter fornicationem autem vnusquisqz suam habeat vxorem. et quia tunc solum coniuges in admixtione sine culpa sunt cum non pro explēda libidine. sed pro suscipienda prole miscētur. Vt hoc etiam quod cōcesserat sine culpa q̄muis minima nō esse monstraret illico adiūxit. Hoc autem dico s̄m indulgentiam non s̄m impium. Non em̄ est si ne vitio quod ignoscitur non precipitur peccatus. Profecto vidit q̄ posse indulgeri p̄uidit. sed cum in dubijs cōstringimur vtiliter minimis subdimur. ne in magnis sine venia peccemus. Itaqz plerūqz neruozum vehemoth istius pplexitas soluitur. dum ad virtutes maximas p̄missa minora transicitur. Hec gregozius. verum ad hoc intelligendū prestat viam vtrūqz sententia magni patris **Augustini**. Illa inquit desinunt esse peccata que ppter grauiora vitanda suscipiuntur. sicut enim in rebus vtilibus non vocatur damnū quod propter maius lucrum admittitur. sic et in rebus sanctis nō vocatur peccatus quod admittitur ne grauius admittatur. Sed et hoc huius dictum patris necesse est sane intelligi. nec em̄ secundū apostolum et secundū **Augustinū** faciēda sunt mala vt eueniant quecūqz bona. ac per consequens ne vitentur maiora mala quozum euitatio rationem vtiqz boni habet. Quid ergo. Durabit ne pplexitas ob hoc inter duo mala seu peccata quozum alterum necesse sit hominem ppetrare. Absit. vt em̄ dictus magnus pater ait vasis ire nunq̄ deus redderet interitū si nō spontaneum inueniretur homo habere peccatum. Idem quoqz ait. Vsqz adeo peccatus voluntariū malum est vt nullo modo sit malum si non sit voluntariū. Ex quo infert in s̄ma sua p̄ primo nominat⁹ q̄ veritate inspecta nihil est pplexitas. nec potest aliquis esse pplex⁹ inter duo mala. id est necessitate astrictus ad aliquod malum ppetrandū. cum ergo posit⁹ est inter duo mala. aut potest vtrūqz vitare. aut alteruz facere sine peccato. et cum oportet me alterum facere. debeo eligere iuxta cōsiliū **Gregozij** qd̄ per se consideratū esset minus malum. Hec ille pater quo dicente. nō potest aliquis esse necessitate astrict⁹ ad aliquod malū ppetrandum. Dicit eius glosator nisi ppter erroꝝ conscientie aut propter malam voluntatē quam non vult deponere. Hec autem videre poteris ex dictis **thome aquinensis**. Simpliciter inquit nullus est pplexus absolute loquendo. sed quodam posito nō est inconueniens illo stante aliquē pplexum fore sicut intentione

ala. Demer  
recurrer  
peccatu  
nam sicut  
est pplex  
a canonis  
quoniam ill  
licet ille op  
obliqua v  
quo se v  
er illa que  
ta. hoc m  
niam. sed de  
eram libid  
coram. hoc  
dicere. qm  
cū in con  
et licite fi  
la depōna  
paterat qui  
Sic autem  
vociis p  
secundum  
nō ite car  
candum se  
cecum. que  
sim intenc  
re dū p

Capitalum non  
pitate ex lapia

Quo poss  
eritum ac  
apsum re  
re et fore  
p̄ et statuta  
nem. si non  
dianonis gra

Quella sic  
boni iuxta d  
dramo? dfo

12

mala stante siue fiat actus qui est in precepto siue nō fiat peccatū incurritur. similiter etiam stante erronea consciētia. quidquid fiat peccatum non vitatur. sed potest homo prauam consciētiā et erro-  
neam sicut et intentionē prauam deponere. et ideo simpliciter non est pplexus. Hec aquinensis. Concordat autē et appat⁹ preallega-  
tū canonis. duo mala. Duo inquit mala intellige q̄ntum ad fatuaz  
opinionē illi⁹ qui se credit pplexū. non em̄ utrūq; illorū malū est  
licet ille opinetur utrūq; malum esse tamē alterum illozū tantū  
obligat ipsum. non em̄ peierat licet nō seruet tate iuramentum. s.  
quo se iurauit homicidiū cōmissurum. Cum itaq; dicit magnus pa-  
ter illa que ppter grauioza vitanda suscipiuntur desinūt esse pecca-  
ta. hoc intellige non secundū se accepta siue secundū priozem opi-  
nionem. sed deposita erronea cōsciētia et intentione mala. Quod  
etiam subdit. quod admittitur ne grauius admittatur nō vocatur  
peccatum. hoc intellige vel respectiue vel secundū estimationem  
alicuius. q̄muis secundū se acceptum sit peccatū licet minimū. in  
casu tñ contra priozem euentum non solum faciendū pmittitur. s;  
et licite fieri potest. quo casu cōsciētia erronea vel intentione ma-  
la deposita veraciter desinit esse peccatū. uti em̄ premissum est non  
peierat qui non seruat iuramentū quo se iurauit facere homicidiū.  
Sic autem et Gregorij premissa sententia egregia de indulgentia  
vrozis ppter fornicationē est intelligenda. Nimirum apostolus  
secundum eum peccatū vidit q̄ non impari s; posse indulgeri pre-  
uidit tanq̄ minus vitium. quod q̄muis vitium ess; seu peccatum se-  
cundum se acceptum. tamen in casu contra euentum maiorum pec-  
catorum que sine venia essent licite poterat fieri. quo casu circa ip-  
sum intentione mala deposita et in bonam mutata veraciter desine-  
ret esse peccatum.

Capitulum nonum continens consolationes super speciali per-  
plexitate ex lapsu religionis proueniente.

**N**ono post premissa ad prememoratam dominam consola-  
tricem accessit et alius tristis existens perplexus propter  
lapsum religionis scz ex vna parte timendo e male sage-  
re et fore culpabilem si non ad vnguem religionis sue re-  
gular et statuta seruaret. et ex parte alia formidādo se ceteris esse  
grauem. si non se illozū moribus conformaret. Et illa ei domina  
cōsolationis gratiā de suis puellis duas satis ydoneas deputauit

I. CONSIDERATIO.

**P**rima puella sic ait. O frater karissime sufficiat tibi p̄ solatis  
tione si iuxta dispensationē p̄is clareuall te possis nō illicite  
tuis s̄fratrib⁹ conformare. Audi p̄em illū. Qui inquit s̄m regulam

viuere statuer ūt et si non ad vnguē. vt dicitur custodiunt et si qua  
pro sui clauſtri ritu vel mutant vel p̄termittunt a regulari tñ p̄fēſ  
ſione nō diſcedunt. dum tamen ſobrie et iuſte et pene pro morib⁹  
viuere non deſiſtunt. **Hec pater ille.**

## II. CONSIDERATIO.

**S**ecunda puella ſic ait. **E**ſtimo frater te p̄plexū ſpecialiter for-  
te propter ordinis tui habitum. vel ſiqua ſunt ſimilia circa q̄  
contra ſtatutum et p̄imeuā conſuetudinē vides modernam fratrum  
conſuetudinem p̄ualere. **V**exariſq; dubio an p̄iſcos in hiſ ſequi  
debeas an modernos. Sed ecce ſi reſponſum meuz p̄eſtolariſ dico  
tibi plane q̄ in illis partibus vbi contrariū ammirationē ſeu ſcan-  
dalum p̄ualente conſuetudine generaret. te modernis poteris ſe-  
cure ac debes etiam cōformare antiquo ſtatuto ſimplici non obſtā-  
te. **V**idetur em̄ ad hoc facere decretaliſ epiſtola. deus qui incipi-  
ens. de vita et honeſtate clericorum vbi papa ſic dicit. **N**e ſi diſpar  
in vobis obſeruantia fuerit et diſſimilis habitus apud eos quibus  
vnum euangelium p̄dicatis ſcandalū ſuſcitetur. mandamus qua-  
tenus eo nō obſtāte q̄ inter vos monachi ſunt et canonici regula-  
res vel alij etiam regularem vitam ſub alia diſtinctione p̄feſſi om-  
nes pariter et in vnum regulare p̄poſitum et honeſtum habitum  
quantum ad hoc ſpectat officium conformetis. **H**ec ibi vbi **B**ern-  
hardus in ſuis caſibus nō ille pater clareualliſ. **E**x hac inquit de-  
cretaliſ nota q̄ propter ſcandalum receditur a iure et ab habitu re-  
gulari. et licet addat q̄ iſtud fit ad tempus. ex cauſa tamen ſi cau-  
ſa durat. durare debet et effectus. **V**nde et circa dictam decreta-  
lem ſine vlla determinatione notat **B**ern̄. absolute. q̄ quilibz con-  
formare ſe debet moribus eorum inter quos viuunt. **E**t inducit auto-  
ritatem magni patris **A**uguſtini in decretorum volumine canoniza-  
tam. que ſic dicit. **Q**uiſquis rebus p̄tereuntibus ſtrictius vitur  
q̄ ſeſe habent mores eorum cum quibus viuunt aut intempans. aut  
ſuperſticioſus eſt. non enim proprie aut continentioſes ſunt vobis  
plurimeq; beſtie. quia vilioſius aluntur eſcis ibidem vbi et illo  
viſo qd̄ in rubro p̄mittitur ſic concludas apud te q̄. ſ. vt morib⁹  
te conformes eorum cum quibus viuunt habitus tuus ab habitu qui  
nunc cōmuniter geſtatur a tuarum partium fratribus nequaq̄ de-  
bet notabiliter diſcrepare. ſic q̄ ex te vel ex illis ſcandalum gene-  
retur non obſtante q̄ modernus fratrum habitus notabiliter diſcre-  
pet ab antiquo. ſ; et ſiqua ſūt ſimilia de ill̄ e cōformiter iudicandū

**E**xPLICIT DECIMUSQUARTUS LIBER DE Cōſolatione theologie. **I**ncipit  
liber decimusquintus continens cōſolationū remedia cōtra illa tur-  
batiua que opponuntur ſpecialiter animi ſecuritati et tranquillitati  
Capitulum primū cōtinēs cōſolationes ſup̄ pusillanimitate et timi-  
ditate in genere.